



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 67. Oratio Bessarionis ad Papam

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæculi. XV

A. G. 1458

§. LXVII.

Oratio Bessarionis ad Papam.

Paulopost Bessarion Cardinalis suo & eorum nomine, qui Rothomagensi fauebant, ad Neo-electum Pontificem conversus, *Laudamus*, inquit, *Pontifex Maxime*, assumptionem tuam, quam ex Deo esse non dubitamus: & sane dignum te hoc munere & censuimus antea, & nunc censuimus. Quod autem te non elegimus, id fecit ægrotudo tua: nam cum pedibus tægrotares, hoc tantum sufficientiæ tuæ deesse putavimus. Eget enim Ecclesia Viro, qui possit itineribus corpus exercere, & periculis occurrere, quæ a Turcis formidamus. Tu contra quietis eges. Hoc nos ad Rothomagensem traxit: quod si fuisses corpore validus, nullum tibi præferendum existimavimus. At cum Deo placuerit, & nobis placet. Nos te Pontificem veneramus, & de-nuo, quantum in nobis est, eligimus, tibi-que fideliter serviemus.

§. LXVIII.

Papæ responsum.

Ad hæc Neo-electus Papa respondit: Existimasti, o Nicæne! quantum animadvertimus, de nobis longe melius, quam nos ipsi, qui nobis pedum defectum tantummodo attribuisi. Nos imperfectionem nostram latius vagari non ignoramus, defectus-que nostros pene innumerabiles esse cognoscimus,